Ss.^{es} in q[uibu]s conuenimus in. 3. congregat.^e

1.^a Conuenimus dari auxilium praeueniens gratiae efficacis per quod Deus facit ut homo conuertatur & pie operetur &c.

2.^a Hoc auxilium est donum peculiare Dei distinctum a sufficiente.

3.^a Est intrinsecum tam intellectui q[uam] voluntati consistens in utrumq[ue] excitatione atq[ue] inspirat.^e in illuminatione intellectus atq[ue] motione voluntatis

4.^a Est supernaturale & interius immissum a Deo

5.^a Non solum se tenet ex parte obiecti sed et[iam] ex parte potentiae

6. Conuenimus praeterea, hanc motionem esse realem & antecedentem applicationes voluntatis, mouentem & inclinantem volunt.^m ad aliquem actum determinatum

7.^a Posito auxilio efficaci praeuenienti, infallibil.^r homo conuertitur

8.^a Motio gratiae efficacis est effectrix bonae voluntatis ac proinde ab ead.^m voluntate realiter distincta.

UGR Biblioteca Universitaria

UGR Biblioteca Universitaria